



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

52. An qui privatim recitat divinum Officium, sufficiat vocem formare labia movendo, etiamsi à seipso audiri non possit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. L.

An qui recitat Officium cum notabili abscissione ultimorum syllabarum, peccet mortaliter, & teneatur denno recitare?

Et an, qui cum eorecitat Officium satisfaciatur suo muneri, vel teneatur repetere?

Et quid est dicendum de nimia acceleratione in canendo?

Et an censetur aliquid omittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis sui Chori versus integre recitat, alterius vero auscultat, si modo suos non inchoet priusquam alter finierit?

Et quid, si secus fiat, &c. Ex part. 2. tractat. 12. Refol. 32.

Sup. hoc infra in Ref. 59. §. vlt. in principio, & in Ref. 117. lege latam doctrinam §. vlt. ad medium, vers. Oprimè Narrarus.

§. 1. Negatiuè respondet Filliuc. tom. 2. tract. 23. cap. 7. num. 242. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 4. questione 11. Et ratio est, quia non violatur præceptum in re graui; nam cum tali abscissione peruehatur adhuc sensus, & significatio verborum, vnde si abscissio syllabarum variaret notabiliter sensum verborum, sic recitans teneretur denud recitare. Et idè Villalobos in summ. tom. 1. tractat. 24. dub. 10. num. 7. sic asserit. Et Officio diuino se ha de dezir sin sincopar, pronunciando hasta las ultimas palabras, mas el que por mala prononciacion, o impericia pronunciar mal, cumple con esso; y quando alguno lo hiz. esse con advertencia, aunque pecaria, no por esso queda obligada a bouler a rezar el officio, como dix. e Azor, porque guarda la ley quanto a la substancia: lo qual entiendo, quando no fuisse muy graue el exceso, por que si fuisse tal que corrumpiesse el Officio diuino de industria, no conphria. Ita ille.

2. Igitur qui voluntariè persoluendo Horas Canonicas, syllabas abscindit, non tenetur sub peccato mortali diuinum Officium repetere, nisi notabiliter sensus verborum corrumpetur, quod raro soler accidere. Nota etiam, quòd qui cum tali recitaret Officium, satisfaceret suo muneri, nec teneretur Officium repetere, nam si factus ita recitans satisfaciatur, vt probatum est, etiam & ipse satisfaciatur. Notandum est etiam cum Filliucio tom. 2. tract. 23. cap. 6. num. 210. quòd ad hunc defectum reducitur nimia celeritas in canendo, moraliter enim non potest fieri sine sincopa, & aliqua abscissione syllabarum, & etiam si absque illa efficiatur, tamen est in causa, vt audientes non possint verba percipere, & attendere, vnde ordinariè est tantum peccatum veniale, neque obligat ad iteratam recitationem Officij, nisi adsit contemptus, vel graue scandalum, seu notabilis corruptio, & deformatio verborum in toto cantu; vnde Sylius in 2. 2. quast. 83. art. 13. conclus. 5. sic asserit. Non censetur aliquid omittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis sui Chori, versus integre recitat, alterius verò auscultat, modò suos non inchoet, priusquam alter finierit; si verò secus faciat, mortaliter, aut venialiter peccabit, secundum, quòd fuerit magna, vel parua quantitas verborum ita absumptorum, neque satisfaciatur præcepto Horarum, quando erit notabilis. Ita ille.

Sup. hoc notato in fine §. 1. not. præteriti.

Sup. hoc infra in Ref. 59. cursum à lin. 4.

RESOL. LI.

An qui priuatim recitat Diuinum Officium debeat illud ita pronunciare, vt seipsum audiat? Ex part. 2. tract. 27. Ref. 11.

§. 1. Affirmatiuè respondet Reginaldus in præxi, tom. 2. lib. 8. cap. 12. dub. 5. num. 174. vbi ait, vocem eius, qui solus, & priuatim recitat Horas Canonicas, non debere esse ita submissam, vt non audiat se ipsum. Idem etiam docet Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 7. num. 6. [Quando (ait) quis recitat solus, moraliter necessarium est, vt ipse saltem se ipsum possit audire: quia vox debet esse audibilis: ergo saltem ab ipso orante; nam profecto, etiam physicè loquendo, vix potest formari vox, quæ ab ipso loquente audiri non possit, seclusis impedimentis, quæ erunt per accidens, moraliter etiam videtur id necessarium, vt possit quis humano modo explere illud præceptum, & certus fieri, quòd illud sufficiens executioni mandauit.] Ita Suarez.

2. Non reticet tamen opinionem contrariam docere Azorium part. 1. lib. 10. cap. 11. quast. 4. vbi ita loquitur: [Sanè si quis solus diuinum Officium persoluat, satis est, si sic recitet, & profert, vt verè dici queat, ore, & voce preces fundere, siue ab alio, siue à se audiri possit, siue non: quoniam à iure solum cogitur voce, & ore, & non tantum mente, & animo precari, & orare: ac proinde, si reuerà linguam, & labia moueat, voce orat, non mente dubitaxat. Satis igitur est, si dum recitat preces, verba ita profert, linguam, & labia mouendo, vt seipsum percipiat, & intelligat, non solum in gutture pronunciet.] Hæc Azorius. Quam quidem opinionem pro scrupulosi tantum admittit Filliucius tom. 2. tractat. 23. cap. 3. num. 117. ita asserens: [Probabile tamen est, quòd dicit Azorius, satis esse vocem formare, labia mouendo, etiam si a nemine, neque ab ipso profertente audiri possit. Quod propter scrupulosos dictum volo.]

RESOL. LII.

An qui priuatim recitat Diuinum Officium, sufficiat vocem formare, labia mouendo, etiam si seipso audiri non possit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 10.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Bonacina de Sup. Horis Canonicis, disp. 1. quast. 3. p. 1. §. 1. num. 23. Zambellus in Repertorio Morali verb. officium, num. 11. & nouissime in suis eruditissimis Commentariis ad Decalogum, Argid. Trullench tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 11. num. 9. vbi sic ait. Quæres, quæ vox sufficiat in eo, qui priuatim recitat; an talis vt ab aliis exaudiri possit. Respondet satis esse vocem formare labia mouendo, etiam si a nemine, neque ab ipso profertente audiri possit: quòd tanquam probabile & tutum admittendum censet, non tantum propter scrupulosos, sed absolute quoad omnes; quia huiusmodi verè vocaliter orant, vt comprobatur ferè communis fidelium vsus; nullo enim præcepto, aut iure probatur: quia præceptum non ad audiendum, sed ad dicendum obligat, & ex alia parte oratio ore & voce fieri potest, etiam si non audiatur ab ipso recitante. Denique sequetur surdastros teneri officium altissima voce recitare, aut dici orationem vocalem non facere. Ita Trullench, cui etiam adde instructionem Ordinandorum editam iussu Illustrissimi Martini Reai pro Archiepiscopatu Hispalensi part. 5. §. 2. n. 18.

2. Sed ego hanc sententiam in p. 1. tract. 12. resol. 11. cum Filliucio pro scrupulosi libenter admittam, quicquid asserant Bonacina & Trullench, quia vox debet esse audibilis; ergo saltem ab ipso orante: & physicè loquendo vix potest formari vox, quæ ab ipso loquente seclusis impedimentis audiri non possit. Dicendum

Sup. hoc notato in fine §. 1. not. præteriti. Non videtur audiri quod dicitur & sufficit ad dicendum & tutum admittendum censet, non tantum propter scrupulosos, sed absolute quoad omnes; quia huiusmodi verè vocaliter orant, vt comprobatur ferè communis fidelium vsus; nullo enim præcepto, aut iure probatur: quia præceptum non ad audiendum, sed ad dicendum obligat, & ex alia parte oratio ore & voce fieri potest, etiam si non audiatur ab ipso recitante. Denique sequetur surdastros teneri officium altissima voce recitare, aut dici orationem vocalem non facere. Ita Trullench, cui etiam adde instructionem Ordinandorum editam iussu Illustrissimi Martini Reai pro Archiepiscopatu Hispalensi part. 5. §. 2. n. 18.

Dicendum est igitur esse necessarium verba ita distincte, & citare profere, vt teipsum audire possis: quia verba quae auditu percipi non possunt, impediuntur scilicet, non videntur verba sed quidam motus in gutture seu inter dentes facti qui potius sunt inchoatio verborum, quam verba.

Nec valet dicere, quod Ecclesia solum precipiat, vt voce ore, non autem tanta, vel tanta, nam respondet Ecclesiam quidem non precipere, vt ore voce tanta, vel tanta; velle tamen, vt oratio sit sensibilibus vel vocalis, vt saltem ab illo percipiatur, qui illam recitat: quod satis colligitur, dum patet in Conciliis inculcatur officium distincte recitandum, vt in Tridentino *sess. 24. c. 12.* & non in gutture inter dentes, vt ait Concilium Basileense *sess. 24. c. 1.* Et vt dictum est, vix ac ne vix quidem non potest, vt quis vocem articulatè vocalibus plectis lingua, aut deibus formet, vt illam non percipiat, nisi forte fuerit surdus. Et cum Ecclesia precipiat vocem sensibilem, quae homo exterius significet se orare, dicendum quod hoc non significabit, nisi saltem seipsum orantem audiat. Ergo hoc necessarium est, vt citare possit se precepto Ecclesiae satisfacisse. Vnde et his corruunt ea, quae locis citatis asseruit ex Azorio, Bonacina, & Trullench. Et ideò nostram sententiam prater Doctores citatos *vbi supra in res. 1.* tenet Olivarius Bonartius *de Horis Canonicis, lib. 1. cap. 28.*

4. nota quod ex his venit reicienda opinio Ioannis Medinae *Ord. de orat. 7. vbi* docet vocem privatam & per se solum recitantis debere esse tam claram & distinctam, vt assistentes eam audire cessante alio impedimento possint: sed hoc non est verum; nam sufficit vt dictum est in recitatione officij vocem ita esse depreciam, vt solum recitans seipsum possit audire.

RESOL. LIII.

Qua qua voce quis satisfaciat precepto recitandi Horis Canonicis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Ref. 16.

AD hoc dubium respondet Caramuel in *Regul. D. Benedicti disp. 108. art. 2. n. 1381.* Non negamus requiri in recitatione vocem, imò eam vnde necessarium asserimus: sed quaecunque vox est audibilis licet de facto non audiat; nam in hoc quod est auditu de facto, non consistit vocis essentia, immo modo sit vox, quacunque illa sit, est audibilis, & sufficiens vt obligationi satisfaciat. Quod vox de facto audiat vel non, est per accidens; vel ex impedimento medijs, vel ex laesione sensus; & hoc non cadit sub preceptum.

1. Rogas quid requiratur vt sit vox. Respondet, linguam & labia moueri; anhelitus enim necessarius sequitur. Ratio est, quia vox nihil aliud est quam respiratio facta certo modo per labia, & linguam; atqui non possunt labia, & lingua moueri; quin frangatur respiratio; ergo nec moueri poterunt, quin sit vox. Quomodo cumque igitur articulet, est vox; ergo & pronuntiatio audibilis; ac proinde precepto satisfaciens. In mea autem sententia omnis vox est audibilis ita ille.

Et haec opinio multum fauet sententiae Azorij, & aliorum, quibus ego non adhaeri; in *part. 6. tr. 7.*

RESOL. LIV.

An Regulares satisfaciant precepto, si privata recitent? Tom. 111.

citatione persoluant Horas Canonicas mentaliter? Et quid de dicenda Missa mentaliter, excepta Consecratione? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 38.

1. Affirmativè docet non solum P. F. Santorius à Melis in *comment. in consilium. Minorum, c. stat. 2. dub. 3.* vbi sic ait. Cum soli recitamus, possumus totum Officium mentaliter dicere, cum prolatio verbalis (vt idem Pontifex dicit) sit praecipue vt ab alijs intelligatur. Et Nauarr citatus à Rodriq. *de orat. c. 19. n. 88. art.* non esse priuilegium dicere horas sine expressione alicuius verbi, quod ab alio audiri possit, quia sufficit formare verba inter labia, & dentes. Sed est priuilegium magnum, quod sola mente concipiatur.

2. Sed hoc priuilegium non valere post Oraculum reuocationes factas à Gregorio XV. Romano Pontifice, & S. D. N. Urbano VIII. anno 1631. 20. Decembris, quibus reuocantur omnia, & singula priuilegia, facultates, licentiae, & gratiae, quaecunque viuae vocis oraculo concessa. Affirmai Lezana *tom. 1. c. 12. num. 13.* & omnino reiciendum esse, cò quod concedi existimet Ioan. de Cruce *lib. 2. de stat. religiof. cap. 8. dub. 2.* posse mentaliter recitare Officium, & sancta Missa, inquit Scortia *theorem. 322.* quia, teste Rodriq. & Leo X. solum concessit, vt summissè dicerent; alias posset consecrari mentaliter. His addo Cyprianum Capucinum *lect. 1. in c. 3. regula,* qui mentali recitatione non satisfieri tenet, eo quod Ecclesia non possit praecipere actus internos.

3. Sed hic aequiuocat de precepto, & indulto; & quod indirectè possit praecipere actus internos, vt dum ait in *cap. dolentes, de celebr. Miss.* deuote, & attentè, & alibi certum est.

4. Verum contrarium dicendum est, & contra Lezanam assero doctrinam Peirini ab ipso Lezana adductam *tom. 1. cap. 3. n. 21.* is enim *tom. 2. priuileg. Minorum in consil. 8. Pauli V.* ait non esse reuocata Oracula, quae continent meras declarationes, & explicationes eorum, quae prius concessa erant, vel in iurè communi continentur, aut in constitutionibus Pontificiis, quia istae non sunt gratiae, sed gratiarum declarationes, sed priuilegium recitandi mentaliter est declaratio iuris communis, *cap. dolentes, de celebr. Miss.* vt probabiliter defendi posse, ait Nauarr. *citatus, de orat. cap. 19. num. 84. §. sextum est eiusdem Papae,* defendi posset, etiam in hoc sensu non continere priuilegium, cò quod posset teneri, etiam iure communi licere mentaliter tantum dicere, quae secretò dici iubentur; quia verba videntur requiri principaliter, quo alij audiant; quam explicationem à verbis concessio accepisse videtur, reddens enim rationem Pontifex, ait: Cum prolatio verbalis sit praecipue, vt ab alijs intelligatur. Quid enim necesse est, vt se audiat, qui solus recitat; Ergo talis concessio non est ablata. Adduco etiam ipsummet Lezanam contra seipsum & loco citato eundem Peirinum in *consil. 3. Gregor. XV.* quae suum effectum sunt sortita ante praedictam declarationem, vt etiam declarauit Sacra Congregatio *regul. 2. Aprilis 1625.* Nec etiam per Vibanum, qui nihil de hac re meminit, vnde infert Lezana. Licet contrarium probabiliter dici possit, cum id non exprimitur in constitutione S. D. N. Urbani. Si enim sanctitas sua vellent in hoc coartare constitutionem Gregorij debebat illud declarare, sicque videt aliquos sentire. Esse autem hoc Oraculum in praxi mandatum, constat ex multis experientijs. Nec iuvat adducere successuum tractum pro futuro tempore; quia nos habemus Oraculum viuae vocis celebrandi Officium quolibet die Sabbathi, non impedito, de immaculata Conceptione

Sop. congero in hac Ref. infra in Resol. post seqq. §. 1. in principio & §. Et quidem; & §. vlt. & supra cum Caramuele in Refol. 45 §. vlt. cursum inter medij & finem, vers. sed satis fit.

ANNA  
BIBLIOTHECA  
S. III. IV. V  
S. III